



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaë, 1661

20 Bisdena Papæ sanctorum dogmata cedunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

est aliquid, neque qui rigas, sed qui incrementum dat, Deus.] Adde autem non queritur, quis, vel qualis predicet, sed quid a predicet, ut b invidios etiam bene Christum, predicare affirmet: quo malo ipse diabolus dejectus est, & hoc ipse e predicare non definit. Ideo ergo & hic, cuius nomen dicimus reticendum, male bona ministrando sibi tantum nocuit. Nam inviolabile sacramentum, quod per illum datum est aliis, perfectionem suam virtutis obtinuit. Quod d quidem generaliter verum est, nisi aliquorum in tantum se extendere curiosa suspicio, ut imaginentur prolato à Felice Papa iudicio, postea inefficaciter in sacramentis, quae Acacius usurpavit, egisse, ac proinde eos metuere, qui vel in consecrationibus, vel in baptisate mysteria e tradita susceperunt, ne irrita beneficia divina videantur.

Quia ergo illiciti, & non canonici, sed contra decreta praedecessorum, & successorum suorum hac rescripta dedit (ut probat Felix, & Gelasius, qui Acacium, ante Anastasium excommunicaverunt, & Hormida, qui ab ipso Anastasio tertius, eundem Acacium postea damnavit) ideo ab ecclesia Romana repudiatur, & a Deo percussus legitur fuisse hoc modo.

C. IX. ¶ Anastasius à Deo reprobatu, metu divino percussus est.

Anastasius I secundus f, natione Romanus, fuit temporibus Theodorici Regis: eodem tempore multi clerici, & presbyteri se à communionem ipsius abegerunt, eod quod communicasset sine concilio episcoporum, vel presbyterorum, & cleri cunctae ecclesiae catholicae, diacono Theofilonicensi, nomine Photino, qui communicaverat Acacio: & quia voluit occulte revocare Acacium, & non potuit, metu divino percussus est.

¶ Anastasius I caput hoc habetur quidem Tomo secundo conciliorum in vita Anastasia: sed esse omnino confutum, cum ex multis aliis argumentis, tum ex hoc manifeste ostenditur, quod Acacius (sicut Nicephorus lib. 1. c. 12. & Evagrius lib. 3. cap. 11. & sequentibus, & clarissime Anastasius bibliotecarius in Chronologia testatur) tempore Felici III. obiit, cui successit Gelasius, & Gelasio Anastasius, qui initio epistola sua etc. 1. ad Anastasium Imperatorem, Acacium mortuum iam, & ante iudicium Christum non cum Felice auctor scripsit, ut Gelasius quoque ante ipsum scripsit, & habetur infra 24. q. 2. c. nec quiquam, quomodo ergo potuit Anastasius de eo revocando tractare qui iam obierat?

C. X. ¶ Quae circa indisciplinatos prelatos, vel ab eis geruntur, in irritum revocentur.

Hinc etiam de Maximo I episcopo in Constantino-politano synodo statutum est sub Damasco Papa, c. 6.

Propter totius indisciplinacionis eius doctrinam, quae Constantinoполи orta est, statutum est, ne Maximus fuisset, aut esse iam putetur episcopus, neque hi, qui ab eo sunt ordinati, qualemcunque gradum clericatus obtineant, omnibus scilicet, quae circa eum vel ab eo gesta sunt, in irritum revocantur.

¶ De Maximo I Et veritas huius canonis, praesertim, Graeci, & interpretatione Balsamonis, de vita Gregorii Theologi per Gregorium presbyterum descripta, & aliis ex locis (tametsi Theodoretus videtur parum diligenter hoc tractasse) apparet hunc Maximum nunquam fuisse episcopum, ac propterea recte statum nullum ab eo potuisse imponi ordinis eucharisticae, quod non erat de Acacio asserendum. Verba Graeca huius canonis haec sunt: Πάσα Μαξίμου τῆ κωνσταντινουπόλεως κωνσταντινουπόλεως, τῆς ἐκ Κωνσταντινουπόλεως κωνσταντινουπόλεως, ὡς ἐ μόνου

a al. quem b Philip. c al. ipso cap. 8. d Quod enim ita sit, aliquorum in tantum se extendit curiosa orig. e al. ministeria. f Ex libro (ut in corpore conciliorum citatur) Pontificab. Ivo part. 14. c. 40.

Μαξίμου ἐπίσκοπου ἢ ἐπίσκοπος ἐν αὐτῷ, καὶ τὸς τῶν αὐτῶν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐν αὐτῷ ἐπὶ βασιλεὺς κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῶν ἐκ τῶν αὐτῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐκκλησιαστικῶν, ἰδ. est. De Maximo cynico, deque iis rebus, quae nullo ordine circa ipsum Constantinoполи gesta sunt. Neque Maximus aut fuisse, aut esse episcopum, neque eos, qui ab ipso sunt ordinati, in ullo cleri gradu censendos: omnibus, quae & in ipso, & ab ipso facta sunt, infirmatis. Ac de eodem Maximo, quod nunquam fuerit episcopus, est locupletissimum testimonium in epistola Hadriani Papa, scripta Basilio imperatori, qua habetur altissime prima octava synodi manuscriptorum, qua est penes Cardinalem Sirleton. Citari enim Leonem primum, ait: Dicit enim altissima rubra, sanctas videlicet sedis Apostolicae Papa Leo, cuius sententiam, quidquid ubique catholicum est, velut caelestis miraculum celebrat, & veneratur oraculum; Cum saepe questio de male accepto honore nascatur, quos ambigat nequaquam istis esse tribuendum, quod non docetur fuisse collatum? Neque enim inter Photium moechum, & Maximum cynicum à synodo secunda damnatum, vel inter ordinationes huius & illius, distinctionis aliquid esse conficimus.

DISTINCTIO XX.

Decretales itaque epistole canonibus conciliorum pars iure exequantur. Nunc autem quatuor de expositivibus a facta Scriptura, et exequantur, an subsistantur eis. Quae enim quibus magis ratione nititur, et maiore auctoritate eius verba esse videntur. Plures autem tractatorum, sicut plenius gratia sancti Spiritus, ita amplius scientia alii praecellentes, rationi magis adhaesisse probantur. Unde nonnullorum Pontificum constituta, Augustini, Hieronymi, atque aliorum tractatorum dicta videntur esse praeferenda.

2. pars. ¶ Sed aliud est casus terminum imponere: aliud fieri Scripturae diligentem exponere. In negotiis definitivis, non solum est necessaria scientia, sed etiam potestas. Unde Iohannes dicitur: Pars b. [Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis, &c.] primi dedit illi claves regni caelorum: in altera datus sibi potestatem ejiciendi aliquos ab Ecclesia, vel recipiendi. Cum ergo qualibet negotia finem accipiant, vel in absolutione innocentium, vel in condemnatione delinquentium, absolutio vero vel condemnatio, non sententiam tantum, sed etiam potestatem praesentium desideret; apparet, quod deorum non tractatores scripturarum, etsi scientia Pontificibus praecedant, tamen, quia dignitatis eorum apicem non sunt adepti, in sacrorum quidem scripturarum expositionibus eis proponuntur: in causis vero definitivis secundum potestatem eorum non sunt merentur.

C. I. ¶ Aliorum scripturae, Romanorum Pontificum decretis non sunt proponenda.

Unde Leo Papa IV, scribit episcopo Britannia.

De e libellis & commentariis aliorum non convenit aliquem iudicare & sanctorum conciliorum canones relinquere, vel decretalium regulas, id est, quae habentur apud nos simul cum d. canonibus. Quibus autem in omnibus ecclesiasticis utitur iudiciis, sunt canonum & Apostolorum, & Nicenorum, Ancyranorum, Neocaesariensium, Gangrensi, Antiocheni, Laodicensium, Constantinoполи, Ephesi, Chalcedonensium, Sardicensium, Africani, Carthagenensium 2, & cum illis regula praesulum Romanorum s. Sylvestri, & Syrici,

a al. expositivibus. b Matih. 16. c In suo regest. Denis dicit p. 2. Poly. p. 3. tit. 50. Anselm. 1. 3. cap. ult. Ivo p. 4. c. 72. Pan. 1. 2. c. 118. d al. cum illis in canone. e al. qui dicuntur Apostolorum. f Apud Anselmum, & Polycarpum, desunt nomina Pontificum nomina.

Innocentii, Zozimi, Celestini, Leonis, Gelasii, Hilarii, Symmachi, Hormisdæ, Simplicii, & Gregorii junioris. Ili omnino sunt, & per quos iudicant episcopi, & per quos episcopi simul iudicantur, & clerici. Nam si tale emerit, vel contigerit infortunatum negotium, quod minime possit per se definitum, tunc si illorum, quorum meminit, dicta, Hieronymi, Augustini, Ildori, vel ceterorum similiter sanctorum doctorum similium repetita fuerint, magnanimitur sunt tenenda, ac promulganda; vel ad Apostolicam sedem referendum de talibus. Quam ob causam luculentius magna voce pronuntiare non timeo: quia, qui illa, quæ diximus, sanctorum Patrum statuta, quæ apud nos canonum nomine proutantur, (sive sit ille episcopus, sive clericus, sive laicus) non sibi indifferenter recipere conuincitur, nec catholicam, & Apostolicam fidem, nec sancta quatuor Evangelia uniter, & efficaciter ad effectum a suam retinere, vel credere probatur.

¶ **Sunt Canones**] Indicat canones, & regulas, ex quibus constat corpus, vel codex canonum, de quo in præfatione dictum est, quod Romanus Pontifex, præsertim in iudiciis uideatur, in quo codice sunt canones tantum, non synodalia gesta, ut superius Nicolaus, in c. Romanorum, 19. dist. scripsit.

¶ **Carthaginensium**] In codice canonum uicæ est synodus Carthaginensis, cuius canones triginta tres, qui ex uariis conciliis Carthagini habitis, collecti fuerunt. Eos canones sedes Apostolica uicæ præfati, & usæ esse, quando in codice canonum referendi uideantur. Eodem etiam Græci, quo ordine quod Latini habentur, uero alio præterea multis Africanarum synodum conuicti, in linguam suam uerterunt, & hi ipsi sunt, qui uicem numerus Anastasius, Barchardus, & Poo citant, quæ in Græcis interduum quædam hi utatur, interdum uero ex singulis Carthaginensibus conciliis canones accipiat, quod sicuti dictum est, quod habetur supra dist. 16. c. prima ad notari. uers. septima, quod hic deturandum dilatum fuit.

¶ **Non indifferenter**] Anselmus, Deus dedit, & Gregorius presbyter in Polycarpo habetur, qui eandem indifferenter non recipit, ipse se conuincit minime catholicam, & Apostolicam fidem ad effectum suæ retinere salutis.

C. II. ¶ **Corripendi sunt qui decreta Romanorum Pontificum non habent, uel non obseruant.**

Item Nicolaus I. Paphis, in b. epistola, cuius initium est, [Postquam uocato Petro.]

¶ **Decreta Romanorum pontificum non habentis, de neglectu atque incuria eius arguendi.** Si uero habentis & non obseruas, de temeritate etiam corripendi, & increpandi.

C. III. ¶ **Ad quos sit recurrendum, cum sacra Scriptura auctoritas non occurrat.**

Item Innocentius I. Papa.

¶ **De quibus causis nulla solvendi, ligandique auctoritas in libris veteris Testamenti, quatuor Evangeliorum, cum totis scriptis Apostolorum appareat, ad diuina recurere scripta Græca &.** Si neque in illis, canones 2 Apostolicæ sedis intueri. Si nec in illis, ad catholicæ ecclesiæ historiam catholicas à doctoribus catholicis scriptas manum mitte. Si nec in illis, sanctorum exempla perspicaciter recordare. Quod si omnibus his inspectis, huius questionis qualitas non lucide investigatur; seniores provinciarum congrega, & eos interroga. Facilius namque inuenitur quod à pluribus senioribus

a al. presertim. b Est eadem epist. 6. ex qua sumptum est, & quod dicitur, supra dist. 16. Anselm. lib. 3. cap. 33. c Polycarpo lib. 7. tit. 2. Barchard. lib. 4. c. 11. l. 1. par. 4. cap. 70. d al. Græci.

quæritur. Verus enim reprimissor Dominus ait a, [Si duo ex uobis, uel tres conuenierint super terram in nomine meo, de omni re quæcumque petierint, fiet illis a patre meo.]

¶ **Innocentius**] Caput hoc non est inter epistolæ Innocentii primi, quæ multa exstant; neque uero Innocentii secundi esse potest, cum ante ipsum scripsit Barchardus, & Ivo, a quibus hoc ipsum citatur.

¶ **Canones**] Verba hæc, quæ apud Gratianum decantantur, sunt apud Barchardum, & Irenæum, & Polycarpum, in quo Polycarpo habentur hoc ipso loco, in quem sunt restituta.

DISTINCTIO XXI.

¶ **Decretis ergo Romanorum Pontificum, & sacris canonibus conciliorum ecclesiastica negotia, ut supra monstratum est, terminantur.** ¶ **Ministra uero sacrorum canonum, & decretorum Pontificum sunt Summi Pontifices, & infra presules, ac reliqui sacerdotes, quorum institutio in ueteri Testamento est inchoata, & in nouo plenius consummata.** ¶ **Summi enim Pontifices, & minores sacerdotes à Deo sunt instituti per Moysen b, qui ex precepto Domini, Aaron in summum Pontificem, filius uero eius unxit in minores sacerdotes.** Postea uero Dauid, cum ministeria domus Domini ampliatet, iuniores, & cantores instituit. Porro Salomon quædam modum exorcizandi inuenit, quo demones aduratur, ex obsequiis corporibus pellebantur: huic officio mancipari, exorcista uocati sunt, de quibus Dominus in Euangelio c. [Si ego in Beelzebub eicio demonia, filii uestri (uidelicet exorcista) in quo eiciuntur?] Hæc omnia in nouo Testamento ecclesiæ imitata, habet iuniores suos, quos officios appellamus. Pro cantoribus lectores & sinodales cantores instituit. Exorcistas autem nomine antiquo & officio permanentes recipit. Pro filiis uero Aaron, omnes infra summum Pontificem sacerdotum administrantur sunt consecrati. ¶ **Inter eos quadam discretio seruata est, ut alii appellentur simpliciter sacerdotes, alii archipresbyteri, alii chorepiscopi, alii episcopi, alii archiepiscopi, seu metropolitani, alii primates, alii patriarchæ, alii summi Pontifices.** ¶ **Horum discretio à gentilibus maxime introducta est, qui suos flamines, alios simpliciter flamines, alios archiflamines, alios protiflamines appellabant.** Simpliciter uero maiorum, & minorum sacerdotum discretio in nouo Testamento ab ipso Christo sumptis exordium, qui duodecim Apostolos tanquam maiores sacerdotes, & lxxii. discipulos quasi minores sacerdotes instituit. Petrus uero quasi in summum sacerdotem electus, dum ei præ omnibus, & pro omnibus clauis regni caelorum tribuit, & à se petro, Petri sibi nomen imposuit, atque pro eius fide se specialiter rogasse testatur est, & ut ceteros confirmaret, sibi inuinxit, dicens d [Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.] Hanc eandem formam Apostoli fecerunt, in singulis ciuitatibus episcopos, & presbyteros ordinauerunt: Leuitas autem ab Apostolis ordinatos legimus, quorum maximus fuit beatus Stephanus e. Subdiaconos, & acolythos procedente tempore ecclesiæ sibi constituit.

C. I. ¶ **Unde nomina ecclesiasticorum graduum sumuntur.**

¶ **De his ita scribit B. Ildorus lib. 7. Etymol. cap. 11. nomina illorum, & nomina causas exponeus, ita inueniunt.**

¶ **Cleros f & clericos hinc appellatos credimus, quia Matthias g forte electus est, quem primum per Apostolos legitimus ordinatum.** Καλὸς enim Græcè, fors Latine, uel hereditas dicitur. Propterea ergo dicti sunt clerici, quia de forte domini sunt; uel quia Domini partem habent. Generaliter autem clerici nuncupantur o-

a Matth. 18. b Exo. 28. 1. Paral. 21. & 3. 33. c Luc. 11. d Luc. 22. e Act. 6. f De officio lib. 2. c. 1. Rabanus de instit. cler. lib. 1. c. 2. g Act. 1.